

CLARISSIMO CONSVLTISSIMOQVE VIRO

AC DOMINO, DOMINO IOANNI MICHAELIS CRONENBVRCH, I. V. DO-
ctori, & Imperialis Camerae Assessori dignissimo, Domino & Mecœnati suo plurimum colendo.



Vum primum animum ad Iurisprudentiæ studium appellerem, humanissime Dⁿⁱ Mecœnas, iterum atq; iterum mecum deliberaui, quoniam cursu, ut quam compendiosissimo, hoc immensum Iuris pelagus commodissime traicerem, quod quidem quanti sit laboris propria industria quaerere, neminem præterire existimo, qui prima uel e limine salutauerit elementa. Quoniam igitur mihi ipsi hac in parte subuenire non potui, uestram Excellentiã interpellare, nec non consulere, fretus tanti uiri erga studiosos beneuolentissimo candore, liberrime ausus fui. Simulatq; uero Excellentiã uestra sollicitudinem meam animaduertit, suppressa rei magnitudine, summaq; difficultate, cum diuo Iustiano Imperatore prima rædia (puta quæ in frontispicio sunt) de uoranda esse benigne respondit. Cum hac tamen præceptiuncula, ne scilicet obliuiscerem, quam obrem prudentissimus ille C. Lælius nec à latere Sceuolæ senioris unquam decesserit, nec ulla ratione tandem auelli potuerit. Ex quo consilio tacite insinuato facile elicere & cognoscere ualui, quantum utilitatis, honestatis atq; pietatis afferat doctissimorum uirorū commercium, necessitudo, & familiaritas. Quocirca meam qualemcunq; diligentiam exhibeo, ut eorum gratiam humiliter mihi conciliem, quorum splendida doctrina, lectionib; & consilijs fideliter instructus, sine diffidentia possim emergere. Quam equidem oportunitatem in hac alma Vniuersitate nactus foueo, non aliter, ac si Spiræ uersarer etiamnum inter meos. Hic mihi grauioribus in studijs proficienti quædam Idea præscribitur, cuius specimen aliquod edere, per legitimos tramites decurrere, & pro ingenij mei tenuitate defendere, cum aliorum commilitonum, tum maximè Dominorum ac Præceptorum meorum cohortatu inductus, proposui. Quod qualemcunq; sit, cum debito obsequio uestræ Excellentiæ offero, cui si id non displicere comperero, multo & me hilariore in, quam soleo, & animum ad ulteriorem progressum præbebo alacriorum. Datum Ingolstadij, pridie Calendas Ianuarij. Anno M. D. LXVII.

E. V. addictissimus,

Thomas Stangerus Frisius.

DVCE ET AVSPICE CHRISTO, ANNVENTIBVS CLARISSIMIS ET EX-
cellentissimis Facultatis Iuridicæ Professoribus, Præside Raphaële Ninguarda, I. V. Doctore, atq; Institutionum Professore
ordinario, pro tempore Iuridici Collegij Decano, subsequentes conclusiones defendere conabitur T. S. F.

DISPUTATIO UTILISSIMÆ ET QVOTIDIANÆ MATERIÆ DE FIDEI VSSORIBVS.

I.
Modius ac facilius præsens hæc Materia, quam disputandã suscipimus, discuti, examinari, ac intelligi possit, præmittendũ esse duximus, oem obligationẽ aut nomine proprio, aut alieno con-
2. Qui nomine proprio obligamur, Rei debendi seu promittendi dicuntur. (trahi.
3. Qui uero alieno, generaliter omnes Fideiussores uocantur.
4. Licet autem, qui fidem suam alieno nomine interponunt, inter se nihil differant in genere, strictè ta-
men sex Species eos diduci posse arbitramur.
5. Improprie alius Mandator, alius Expromissor, alius Constitutor, quartus Sponsor, quintus
Affirmator, & ultimus in specie Fideiussor.
6. Mandator est, qui Creditori mandat, ut sub fide sua cum alio contrahat.
7. Expromissor, qui pro alio quidem promittit, sed totam obligationem in se transfert, ita ut Reo libera-
to se solum eius loco obijcet.
8. Constitutor, qui citra stipulationẽ pro alio promittit, hoc est, quod alius debet, se soluturũ constituit.
9. Sponsor, qui non rogatus, ultro & sponte sua pro alio intercedit.
10. Affirmator, qui aliquem laudat, uel commendat, uel idoneum esse affirmat.
11. His ita ad maiorem euidentiã præmissis, ipsam Fideiussionem specificam in hunc modum definiri
posse existimamus, nimirum accessoriã esse obligationem per stipulationem factam.
12. Et quoniam suspectos eos, qui nobiscum contrahunt, plerumq; habemus, ac de probitate Reorum se-
pe dubitamus, ueremurq; ne inanis sit aduersus Reum inopem actio, Ideo ut Creditoribus prospectum ma-
gis ac consultum foret, Fideiussionem introductã affirmamus.
13. Eam tamen Iure genium fuisse incognitam asserimus.
14. Porro omni obligationi Fideiussorem accedere posse, manifesta legum autoritate comprobatur.
15. Adeo ut nihil intersit, talis obligatio solo Iure ciuili, an solius naturæ æquitate subsistat.
16. Quod si obligatio tam ciuili, quam naturalis Iuris uinculo sit perfecta, Fideiussori, si hoc nomine
quicq; soluerit, Mandati Iudicio merito subuenietur. (petere Marcellus ait.
17. Verum si Fideiussor pro pupillo sine tutoris autoritate intercesserit, Mandati actionem ei nõ com-
18. An autem obligationi, qua se furiosus aut prodigus obstrinxerit, Fideiussor accedere possit, cõgrue
hoc loco queritur? Verum cum hi ne naturaliter quidem obligentur, nec Fideiussio aliquas uires habeat.
19. Si quid igitur ex hac causa solutum fuerit, conditione indebiti merito repeti poterit.
20. Cum autem supra dictum sit, omni obligationi Fideiussorem posse accedere, an hoc etiam ad
21. Vnde ex huiusmodi obligatione solutum repeti posse, & quod ex ea debetur, in compensationem
22. Vtrum etiam efficaciter pro contractu à lege reprobato (non uenire, uerius arbitramur.
Fideiussor teneatur, ab Interpretibus anxie disputatur, Nos non teneri, intrepide defendemus.
23. Non solum aut pro Debitore uolente & consensiente, sed etiam pro ignorante & inuito fideiuberi
24. Plane dubium occurrit, qui possint esse Fideiussores? Et dicimus (posse tenebimus.
eos omnes fideiubere posse, qui & ipsi Ius principaliter contrahendi habent.
25. Mulierem tamen pro aliquo fideiubere non posse, Iure cautum est.
26. Quapropter qui cum muliere fideiussit, eum solum in solidum teneri probamus.
27. Sed & aliã hic quæstio suboritur: an scilicet plures Fideiussores pro Reo principali admittantur?
Et paucis respondemus, id quoq; fieri posse.
28. Quod si à Creditore plures Fideiussores sint accepti, singulos in solidum teneri non dubitamus.
29. Imo etsi adiectum non sit, singulos in solidum teneri debere, nihilominus tamen eos in solidum obli-
gatos asseueramus.
30. Iure tamen nouo beneficium diuisionis ex Epistola diui Hadriani Fideiussorib; competit, ne scilicet
singuli in solidum conueniantur, sed inter Fideiussores qui litis contestatæ tẽpore soluẽdo sint, actio diuidatur.
31. Si igitur unus Fideiussorum ante exactã à se partem ad inopiam peruenerit, pars eius cetero-
rum onus respicit: non etiam si actione diuisa post litem contestatã soluendo esse desierit.
32. Hoc uero beneficium non ipso Iure, sed per Exceptionem opponi debere tenemus.
33. Quam si Fideiussori.e diuisionis Exceptionem semper ante sententiã opponi posse dicimus.
34. Fideiussorum quoq; hereditibus tale beneficium concedi non restigamur.
35. Quod si fideiussor conuentus negauerit se fideiussorem esse, conuictus de mendacio, diuisionis bene-
ficiũ opponere non poterit.

36. Præter diuisionis beneficium, leges etiam alio Iuris remedio Fideiussoribus subueniunt, nimirum ce-
dendarum actionum necessitate Creditori imposita, ut nisi actiones aduersus alios sibi competentes cedat,
iusta exceptione repellatur.
37. Vnde Creditor Fideiussori solidũ soluere parato, compelli uidetur quasi ceterorũ uendere nomina.
38. Iam si ex pluribus Fideiussoribus unus à Creditore conuentus totum exoluerit, nec actiones con-
tra alios sibi à Creditore cedi petierit, nullum in Confideiussores regressum uel actionem habebit.
39. Præter dicta beneficia & tertium, quod C. diuisi
est indultum, scilicet ut ante excussum Reum princip
40. Quod quidem beneficium usq; adeo stabile manet, ut non infirmetur, etiam si Fideiussor per Iura-
41. Facta uero excusatione in bonis Debitoris, si eum non excu- (memum se obligauerit.
uendo apparuerit, tunc merito in subsidium contra Fideiussores actio locum habebit.
42. Dubitari autem inter dum contingit, an huic excusationis & diuisionis etiam beneficio per Fideiuse-
sore renunciari possit: nos id Iure fieri tenemus.
43. Imo non solum expressè, sed etiam tacite renunciari posse non ambigimus.
44. Porro cum Fideiussor accessorie obligetur, merito fit, ut in plus non teneatur q̄ principalis.
45. Inde quæstio pulchra suboritur, nempe quid Iuris, si Fideiussor in maiorem summam se obliget.
Verbi gratia: si pro Reo in decem obligato, ipse 20. promittat, an talis fideiussio in totum corruat, an uero
cum principali quantitate subsistat? Accursius, cui Doctores subscribunt communiter, omnino nullam esse as-
firmat: Nos contrariã sententiã æquiorẽ, ac de Iure ueriorẽ dicimus & comprobamus.
46. Licet autem in plus quam principalis, teneri non possit Fideiussor, strictius tamen & efficacius
47. Et quamuis Fideiussio accessoria sit obligatio, tamen (obligari posse non dubitamus.
etiam ante obligationem principalem contrahi potest.
48. Quæcumq; exceptiones Reo principali competunt, easdem & Fideiussori siue uolente siue inui-
to Reo, concedi declaramus.
49. In graui Crimine tam Fideiussoribus, quam Procuratoribus locum denegamus.
50. Cum autem pluribus modis, tum præsertim Debiti solutione contractusq; nouatione Fideiussionem
extinguit, Iuris decedit ratio.
51. Ex sola tẽ termini prorogatione Reo principali facta, Fideiussorẽ liberari Iuris ratio non patitur.
52. Contractum Fideiussionis tanquam stricti Iuris strictè interpretandum inducimus.
53. Deniq; Fideiussorem propriè debitorem dici non posse proponimus.
54. Obligatum tẽ ex causa fideiussoria propriè dici obligatum ex contractu demonstrare studebimus.
55. Et per consequens Fideiussionem dici propriè contractum defendemus.

Impertinentes contra communem DD. sententiã.

I.
Etiam citra dolum pœnam corporalem imponi posse tuebimur.
2. Quando ex causa à communi & ordinaria pœna receditur, tunc Iudicem non tantum pecuniariã
am, uerum etiam corporalem imponere posse, uerius de Iure arbitramur.
3. Sororem uterinã tantum, uel consanguineã tantum, propriè sororem esse, contra Angelum &
eius sequaces clarè demonstrabimus.
4. Stipulationem propriè contractum esse defendemus.
5. Pariter Mutuum & Donationem propriè contractus esse proponimus.
6. Vnde si in statutis contractuum mentio fiat, etiam de stipulatione, Mutuo & Donatione intelligi
debere inferimus.

Disputabuntur hæc Theses, (faute Deo) proxima die
Iouis, quæ erit octaua Ianuarij, hora media
octauæ, in Scholis Canonistarum.

INGOLSTADII EX TYPOGRAPHIA VVEISSENHORNIANA.

Crastina die summo mane conclusiones distribuentur.
Si qui Iuris studiosi adsint, qui exemplaria cupiant
famulũm Domini Præsidis accedant.

